



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Candela Benedicta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Secundò, spatio triginta annorum. Ter-  
tiò, spatio decem annorum. Quartò,  
quando bis judicatum fuerit super illa,  
Novel. de iure protim. §. 6. & 9. à num. 4.  
& infra. gl. in c. cùm in tua, in ver. consue-  
tudo, da consuetud. lib. 6. Covat. lib. 1. cap.  
17. n. 8. art. 4. & 10. ver. resol. quod no-  
ta pro his, quæ dixi in ver. Legatum, §. 8.  
Quinto, contra Capitulum, Ecclesiam,  
& universitatem, non introducitur con-  
suetudo minus, quam spatio quadragin-  
ta annorum. Gram. decis. 5. 37. vide Iter,  
in usu send. rubr. de his qui send. dare pos-  
num. 5. Secundò, ad hoc, ut consuetudo  
inducat vinculum, & valeat. Spatio de-  
cem annorum, requiritur, ut sit ratio-  
nabilis, & non contrajus, Gloss. in c. ut  
litigantes, in ver. statuimus, de offi. Ordin.  
libr. 6. Gemin. in c. cùm in tua, de consti.  
lib. 6. ver. 2. nota ex Gloss. sed sufficit, ut  
sit præter jus, Gloss. loc. cit.

## CANDELA BENEDICTA.

## SUMMARIUM.

1. Candelabrita, que datur fidelibus  
in die purificationis beatæ Virginis  
primò est videndum, quid significet.
2. An possit prescribi, ut de obligatione  
presbyteri teneantur illam dare.
3. An debeat deferri domum, si quis nolle  
ire ad Ecclesiam, ad illam accipiendā.

**A**D primum. Conc. provinc. Bene-  
vent. dicit quod significat synce-  
titatem beatæ Virginis, quæ lucem edi-  
dit, quæ illuminat omnem hominem ve-  
nientem in hunc mundum Jo. 3. 19. &

c. 8. Luc. cap. 2. ubi Christus Dominus  
noster vocatur Lux, & Lumen

Ad secundum. Negativè responderet  
Sylvest. in ver. decima, n. 7. versi. quin-  
tum, quicquid dicant alii Simon. quos  
ipse citat pro parte contraria, & Fel. in  
cap. ad Apostolicam. de simon. Sylvest.  
affert rationes validas, quod non potest  
præscribi: faciunt quæ dicuntur infe-  
rins, in vers. præscriptio, §. 3.

Ad tertium. Idem Conc. Benevent.  
prohibet, ne deferatur domum, sed tra-  
datur solum his, qui in Ecclesia inter-  
erunt, & eam accipiant ibi, & in proces-  
sione deferant, idem Conc. prout Me-  
diolan. 3. ca. de Sacramen. & duo Con-  
cilia provincialia Compzana, nisi primò  
Ecclesiastarum patronis, per c. præterea, de  
jure patr. Secundo ægrotis, argum. c. 44-  
xico, de cler. non resid. libro 6. Tertiò, iis  
qui legitimo urgente impedimento ab-  
fuerint, si alias eodem die in Ecclesia  
pro ea re adesse consueverint, ita Concil.  
Mediol. loc. cit.

## CORPORA SANCTORUM.

**P**RIMÒ, Corpora Sanctorum non  
possunt transferri de loco ad locum  
sine licentia Episcopi, ita Conc. Mogunt.  
Can. 51. vide Sylv. in ver. reliquia, per torū.

Secundò, reliquia de novo inventæ  
non sunt veneranda in publico sine li-  
centia Sedis Apostolicæ, & quomodo  
hoc intelligatur, vide Panorm. in cap. fin.  
derelig. & vener. Sanct., & an transferen-  
dæ de loco in locum, vide præter Do-  
ctor. Navar. consi. 9. de sepulturis.

Tertiò, reliquias Sanctorum in ora-  
torio

P

torio